

multò minus reliqui: Propter quem utriusque computi con-
 cursum habilis etiam est Quaternarius ad tantum compendi-
 um, quo multiplicatio per additionem, & vicissim divisio per
 subtractionem expediri potest, quando ad quaternarium om-
 nes reliqui numeri reducuntur. Alterum est, quod *primus*
& simplicissimus sit omnium numerorum, qui præcipuam multitu-
dinis proprietatem, PAR, IMPAR, utroque termino simul comple-
ctuntur, ut ipsi nihilominus idonei sint ad computum, h. e. pari-
ter pares, & ad unitatem usq. bisectiles. Et hæc est illa perfe-
 ctio Quaternarii, quam tantoperè celebrarunt veteres, nempe
 quod omnis generis radices, pares, impares, in se complecta-
 tur, ipse primò quadratus, & sic potentiâ reliquos omnes in-
 tellectui distinctè referens. Adde quod juncti primi radica-
 les, ad quaternarium usque, denarium ipsum referant, quem
 tantoperè prosequitur ingenium humanum. Nam 1. & 2. &
 3. & 4. decem faciunt, quo totus ferè mundus utitur pro arti-
 culo, simulque miserè præpeditus hinc tot alogistas alit.

Materialiter verò spectatus præcipuam inter numeros
 partem facit Quaternarius, operibus naturæ tantum non o-
 mnibus ad hunc numerum constitutis, quippe quæ quaterna
 potiùs quam terna, si rectè circumspicimus, invenimus, ut in-
 fra clariùs apparebit.

Atque sic, ut ut hominum digiti denarium in exercitatis
 primùm offerant, pro sensuali magis & palpabili connume-
 ratione, quem alibi paucissimis in operibus adumbrari vi-
 demus; Menti tamen computanti Quaternarium natura tum
 abstractè tum concretè spectata nõ svadet tantum, sed deputat
 & mancipat, quippe quem præcipuis & tantum non omnibus
 operibus suis expressit, ita quidem, ut, cum semper unum alte-
 ri simile, sed alteri dissimile, creaverit, hoc ipso nihil aliud ege-
 rit,